



**M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV**

**Muret, Marc-Antoine**

**Antverpiæ, M. D. LXXXVI.**

Cap. 7. Correctus locus è primo Rheticorum Aristotelis. item locus  
Callimachi ex hymno in Apollinem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

tur: quæ certo quodam modo propria animalium sunt.  
ergo ex ea opinione multa loquendi genera fluxere in  
quotidianam loquendi consuetudinem. nam extin-  
guendi verbum, quod in igne proprium est, etiam in  
animalibus dicitur. vt, — natumq; patremq; Cum ge-  
nere exinxem. & animam extinxam seni. & viuere, ab  
iis quæ animata sunt, ad ignem transfertur. Plautus:

Nam si ignis viuet, tu extinguere extempulo.

& Horatius viuas lucernas dixit, accensas:

Viuæq; producent lucernæ,

Dum rediens fuget astra Phœbus.

quod autem mihi rarum in primis visum est, etiam in-  
terfectum torrem proextincto Accius dixit. eius enim  
extant hi verbi Meleagro:

Tum suum vitæ finem, ac fati internectionem fore

Meleagro, cum torris esset imperfectus flameus.

Correctus locus è primo Rheticorum Aristotelis. item  
locus Callimachi ex hymno in Apollinem.

#### CAPUT VII.

**A**RISTOTELIS libro primo De Arte dicendi,  
vbi felicitatis partes percenset, εὐγένεια, id est,  
vt Victorius eruditè & eleganter interpretatur, bonam  
commodamque senectutem in eo positam esse dicit,  
vt & tardè senescat quis, & sine dolore ac molestia se-  
nescat: nam neque quem citò deserit iuuentus, felici-  
ter senescere dicendus est; neque is, cuius ingrauescen-  
tem etatem magni dolores molestiæque comitantur.  
In iis autem verbis, quæ statim apud Aristotelem se-  
quuntur, vitij aliquid inesse arbitror: neque Victorij  
aut scripturam, aut interpretationem ea in parte pro-  
bo. Ille enim legit: Εστὶ δὲ ἡ τῆς τέχνης σώματος ἀπόρρητος, οὐ  
τύπος, οὐδὲ ἀρχὴ γενῶν, μηδὲ λογοτόπος, οὐδὲ συντελής, οὐδὲ  
ἀλυτός,

L 3

ἀλυτός,

Mareti  
Lectione  
LIII

ἀλυπθ, ή πολυχρόνιθ, ἔτ' ἀνέυποχος διαμείνειν από-  
bus ex verbis quam sententiam efficiat, ex ipsius com-  
mentario perspici potest. ego autem ita legendum con-  
feo: εἴ τινος θεοῦ φύσις, μηδὲ ιχνός, εἴ εὐεργέτης, εἴ δι-  
ποτθ, ή πολυχρόνιθ ἄντα τύχης διαμείνειν αν. cūm en-  
dixisset, ad εὐγνέιαν concurrere oportere cūm corporo-  
tum fortunæ bona: caussam statim addidit, cur vni-  
que necessaria essent. nam & nisi qui prospera venia  
valetudine, integrisque sit corporis viribus, is vt de-  
sīs sit, fieri prorsus non potest: & cui parum am-  
fortuna sit, neque vacare molestiis poterit, neque de-  
viuere. multa enim fortuitò obiici possunt, qua parti-  
magnas & graues molestias afferant, partim etiam ve-  
tē spatiū contrahant. hoc est igitur quod ait, εἴ τινες εἴτε ἀλυπον, εἴ τις πολυχρόνιος διαμείνειν οἰοτε έτι. Eo-  
dem propè modo memini correctum olim esse ab  
Aurato, homine doctissimo, mihiique amicissimo, ver-  
sum quendam Callimachi ex hymno in Apollinem  
qui cūm vulgo ita legatur:

Oὐδὲ οὐρανὸς τὸ Φοῖβον εἴ μόνον οὐκαπέσσεται.

Εἴ τοι δέννυμος ποτε εἴρεα Φοῖβον ξείδει.  
legendus est, vt is, quem modò dixi, vir eruditissimus  
admonuit, hoc modo:

Εἴ τοι δέννυμος ποτε εἴρεα Φοῖβον ξείδει;  
hoc enim dicit poëta, neminem esse usque eò ruden-  
& indisertum, cui non facillimum sit laudare Apol-  
lēnum. nam ita multa in eo laudanda esse, vt nemini, ne  
infantissimo quidem, qui eum celebrare instruere  
deesse possit oratio.

*Conatus emendandi duos locos è tertio libro Aristoteles*

*De Arte dicendi C. VIII.*

**S**vmmv studium adhibere debent, quicunque  
aliquid dicendo persuadere meditantur, in ipso di-  
cendi